

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1237

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

252. Pabst Gregor IX untersagt dem Straßburger St. Marzkloster die Aufnahme von Schwestern über dessen Mittel und Bedürfnisse hinaus. 1237 Januar 30 Interamna.

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus . . . priorisse
 5 et conventui monasterii sancti Marci Argentinensis ordinis sancti Sixti de urbe
 salutem et apostolicam benedictionem. ne aliquibus impediri possit obstaculis,
 quin cursum vestrum ad perempnis vite patriam feliciter annuente domino consu-
 metis, vobis in omnibus et in eo precipue est habendum cautele studium, quod
 alicujus pretextu superflui non incurritis aliquod nocumentum. hinc est quod, sicut
 10 accepimus, cum monasterium vestrum sororum multitudine pregravetur, nos quieti
 vestre salubriter providere volentes vobis auctoritate presentium districtius inhibemus,
 ut ultra, quam exigant ejusdem monasterii facultates, nullam de cetero in sororem
 recipere presumatis. nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibi-
 tionis infringere vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare
 15 presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum
 ejus se noverit incursum. datum Interamnie 3 kalendas februarii, pontificatus
 nostri anno decimo.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 5 or. mb. c. bulla pend.*¹

253. Kaiser Friedrich II gelobt den Straßburger Bürgern, so lange sie in
 20 dem Streit ihres Bischofs Berthold mit dem Grafen von Leiningen sich neutral
 verhalten, Schutz und Sicherheit für ihre Personen und Güter. 1237 Juli 10 Speier.

Fr[idericus] dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et
 Sicilie rex. universis presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et
 omne bonum. supplicarunt culmini nostro cives Argentinenses fideles nostri, ut,
 25 quia timebant, quod occasione gwerre, que dudum est inter venerabilem Argen-
 tinensem episcopum dilectum principem nostrum et comitem de Liningen, eis posset
 aliquod periculum generari, ipsos cum omnibus bonis suis sub nostre deffensionis
 gratia recipere dignaremur. nos itaque devota ipsorum servicia attendentes, justis
 eorum precibus inclinati predictos cives cum omnibus bonis suis in nostram et
 30 imperii protectionem duximus assumendos volentes, ut securitate nostra et imperii
 tuti sint in rebus et personis, eundo, stando per imperium et morando, quam diu
 predicto principi nostro contra comitem de Liningen auxilium non prestabunt.
 quocirca mandamus universitati vestre per optentum gratie nostre firmiter precipientes,
 quatenus nullus sit, qui eosdem cives contra presentis nostre deffensionis gratiam
 35 presumat temere molestare. quod qui presumpserit, indignationem nostram se noverit
 incursum. datum apud Spiram 10 julii, 10 indictionis.

S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 11 or. mb. lit. pat. c. sig. in verso impr. laeso.

*Gedruckt darnach bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 161 = Laguille pr. p. 39 =
 Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. V, 89. — Böhmer nr. 902.*

¹ Ebenda lad. 125 fasc. 3 eine gleichlautende Bulle Gregors IX für das Straßburger St. Kath-
 rinenkloster, 1237 März 31 Viterbo, or. mb. c. bulla pend.

254. Das Straßburger Domcapitel beurkundet die Gründung einer Præbende durch seinen Sânger Ulrich. 1237 November 1.

R[einhardus] prepositus, B[ertholdus] decanus, Ul[ricus] cantor totumque capitulum Argentinensis ecclesie omnibus presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. noverint universi presentes et futuri, quod Ul[ricus] ecclesie nostre 5 cantor dictus de Talmesingen¹ ex totius consensu communi nostri capituli ad honorem dei et genitricis ejus beate virginis Marie et sancti Gregorii necnon sancte Margarete prebendam quandam sacerdotalem de quibusdam possessionibus sitis in Tutelnheim, videlicet viginti sex et dimidio agris frugiferis ad capellam sancte Margarete in curia sua claustrali sitam nomine dotis spectantibus, et quibusdam 10 aliis possessionibus, 36 agris frugiferis scilicet in Belhen et agro et dimidio vinifero in banno Gertewilr sitis, partim de nostra et partim de sua pecunia comparatis, in ecclesia nostra ordinavit ea scilicet forma, quod, quicumque fuerit dominus pro tempore curie predicte, prebendam eandem conferre possit et debeat semper, cum vacaverit, idoneo sacerdoti, domino preposito ecclesie nostre, qui tunc temporis 15 fuerit, presentando et ab eo sine contradictione investiendo eadem. qui sacerdos singulis diebus, nisi legitima necessitate vel causa evidenti et honesta fuerit impeditus, in capella missam debet celebrare memorata et ipsam in lumine singulis noctibus procurare. preposito quoque et decano idem sacerdos nichilominus obedientiam facere tenetur ac in omnibus sicut aliquis ebdomedarius sive prebendarius 20 in continua chori frequentatione sive in aliis quibuslibet erit subjectus. item quolibet anno predictus sacerdos in festo beati Gregorii cuilibet fratrum canonico sive ebdomedario seu quamvis^a prebendario, qui in matutinis fuerit, illa nocte 6 denarios, sed novis prebendis, si que postmodum fuerint in nostra ordinate ecclesia, et aliis clericis choralibus quibuscumque tres denarios de redditibus tenetur solvere prefatis. 25 et exinde chorus noster in festo jam dicto 9 lectiones cum historia sua speciali et aliis ejusdem diei solempnitatibus debitis ob reverentiam sancti prelibati tenebitur solempnizare. insuper de antiquo feudo claustrali in Urlefein, unde pars dictarum possessionum est sumpta, proxima die post festum Martini in anniversario Cunzonis de^b Urlefein, qui dictum feudum ecclesie nostre contulit, unicuique fratrum preter 30 novas prebendas in remedio unum denarium^c. sepe dictus autem sacerdos in communibus cibariis et portionibus, que in refectorio tamen communiter dari consueverint, eo modo, quo elemosynarii nostri percipiunt, participabit. data sunt hec anno domini 1237, in festo omnium sanctorum.

März 12

Nov. 12

Aus Grandidier Oeuvr. inéd. III, 346 nr. 360 (ex libro regule summi capituli Argentin. 35 fol. 98).

a) sic! b) Grandidier Gânzen da. c) Zu ergänzen vielleicht solvere tenetur?

¹ In demselben Jahre, November 16 (proxima 2 feria post festum s. Martini), beurkundet Ulrich, daß die Brûderschaft seines Archidiaconats das Patronatsrecht der Kirche von Ofweiler vom Kloster Busendorf um 85 Mark Silber, wovon ihr 60 Mark vorgeschossen worden, gekauft habe. Darmst. G. St. A. fonds Hanau-Lichtenberg nr. 8 or. mb. c. sig. pend., gedruckt i. d. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. XIV, 194.